sus babylonē ⁊ nabuchodonosor: a qui-
bus iudas ⁊ hierusalez templumqȝ sub-
uersa sunt. Et vt scias eo tempore fuisse
abachuc· quo iam due tribus que voca-
bantur iuda· ducte erant in captiuitatez
daniel docere te poterit· ad quem in lacū
leonum abachuc cum prandio mittitur·
q̄ȝq̄ȝ apud hebreos hec ipsa non legatur
historia. Igitur siue quis recipiat scriptu-
ram illam· siue non recipiat vtrunqȝ pro
nobis est. Aut enim iam recipit: et post
factam rem liber abachuc texitur: aut si
non recipit· quasi propheta scribit q̄ ven-
tura cognoscit. Interim s̄m litteraz cau-
satur aduersum deum propheta· cur na-
buchodonosor templum dei vastet ⁊ iu-
dam· cur hierusalem quondam vrbs do
mini destruatur· quare clamet populus
⁊ non audiatur· vociferetur ad dominuz
oppressus a chaldeis ⁊ non saluetur· q̄re
etiam ipse propheta vel populus ex cuius
persona loquitur ad hoc vixerit: ⁊ hucus-
qȝ perductus sit· vt iniquitatem hostium
⁊ suū laborem viderit: cū iniusticia pre-
ualeat aduersum se. Et hec dicit pre mē-
tis angustia nesciens aurum in igne con
flari: ⁊ tres pueros de camino ignis puri
ores exisse q̄ȝ intrauerant. Sed ⁊ hoc ge
neraliter accipere possumus· q̄ ex perso-
na humane impatientie loquatur· vt in
querulam vocem ⁊ plenam doloris erū-
pat dicens. Quare respicis contempto-
res: ⁊ taces conculcante impio iustiorez
se? Hec autez loquitur nesciens iudicia
dei inuestigabilia: ⁊ profundum diuitia-
rum sapientie ⁊ scientie eius· q̄ non ita
videat deus· vt videt homo. Homo tm̄
presentia respicit: deus futura et eterna co-
gnoscit. Et quomō si egrotans ⁊ estuans
febribus aquam frigidam postulet: ⁊ di
cat ad medicuz· vim patior· crucior· vror
exanimor· vsqȝquo medice clamabo ⁊ ex
audies: ⁊ respondeat ei sapientissimus ac
clementissimus medicus· scio quo tem-
pore dare debeam quod postulas: nō mi

sereor modo· quia misericordia ista cru-
delitas est: ⁊ voluntas tua cōtra te petit.
Ita ⁊ deus noster sciens clementie sue
pondera atqȝ mensuras· interdum nō ex
audit clamantem· vt eum probet: et ma-
gis prouocet eum ad rogandum: ⁊ qua-
si igne excoctum iustiorem ⁊ puriorez fa-
ciat. Quod intelligens apostolus s̄m id
q̄ misericordiam consecutus est a domi-
no ait. Sed non deficimus. Et benedi-
cit dominum in omni tempore. Et scit q̄
qui perseuerauerit vsqȝ in finem hic sal-
uus erit: ⁊ gloriatur in labore ⁊ dolore.
Et cum hieremia dicit. Tribulationem
⁊ miseriaz inuocabo· vt quomō alius in-
uocat deum: sic sanctus vir ⁊ bellator in
uictus ad exercendum se ⁊ probandum
tribulationem ⁊ miseriam inuenire desi
derat.

Explicit prologus. Incipit argumentum

ABachuc luctator fortis et
rigidus stat sup̱ custodiā
suam: ⁊ figit gradum sup̱
munitionem· vt christuz
in cruce contempletur: ⁊ di
cat. Operuit celos gloria eius: et laudis
eius plena est terra. Splendor eius vt lux
erit· cornua in manibus eius· ibi abscon
dita est fortitudo eius.

Explicit argumentum. Incipit
Abachuc propheta. Capitulū I

ONus
q̄d vidit a-
bachuc pro
pheta Vsqȝ
quo dn̄e cla
mabo: ⁊ nō
exaudies?
Vocifera-
bor ad te vi patiēs: ⁊ n̄ saluabis? Quare

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/1168
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG